

obtemperare, & desistendo à violentia, omnia in eo contenta debet libenter adimplere; quod si deferre, & reponere iubetur, utrumque faciet de quo latius hoc c. 264 infra, §. 1. Si autem decretum sit conditionale (quod tertium genus vocamus) sibi liber, alterum ex alternativis eligere, quod etiam illico complere debet, quæ facere si recuset, expeditur secundo iussio (quæ sobre 265 carta dicitur) in qua sit comminatio amissionis naturalitatis, temporalitatis, & quas his regnis habet, & aliquando sit in hac expensarum condemnatio ita, ut 266 ex Gurier. & aliis diximus superius, versiculo, vel etiam sunt intelligendi, n. 249. cui si non pareat, expeditur tertia provisio, & si adhuc contumax sit, & rebellis iubetur ut compareat in Senatu usque ad amissionem originis, & privationem temporalitatis.

267 Quod non solum vassalli seculares, sed etiam clerici Episcopi, Archiepiscopi, & alii Prælati Ecclesiastici tenentur obedire, & obtemperare mandatis, & provisionibus Regis l. 29. tit. 4. lib. 2. recopil. & l. 13. tit. 3. lib. 4. recopil. eadem recopil. ubi Azeved. qui si non præstiterint eis obedientiam, in eos exequitur pœna amissionis temporalitatis, & originis generale siquidem verum est, Ecclesiasticas personas, quatenus tangit Regem, regimen, regnum, atque ordinem potestatis, Regibus subesse, & ad eorum invocationem accedere, c. petimus 11. q. 1. Princeps, & cap. administratores 23. qu. 5. c. tributum, & ibi gloss. 23. q. 8. Petr. Antibol. in tractatu n. 3. part. n. 97. Dec. cons. 72. n. 3. in fin. & 269 n. 4. l. tit. 5. p. 1. verb. la quinta, & ibi Gregor. verb. el Rey, & l. 2. & 8. tit. 7. part. 3. & l. 13. tit. 3. l. 4. recopil. 11. tit. 10. verb. y mandamos ad Maestre Escuela, lib. 5. recopil. & ibi Matienf. gloss. 7. l. 29. tit. 4. l. 2. recopil. Azeved. in l. 1. n. 5. tit. 1. lib. 4. recopil. & idem Azeved. in l. 13. n. 5. tit. 1. lib. 4. recopil. quia tenetur observare obedientiam fidelitatem, reverentiam, & venerationem Regi, & domino suo, atque tranquillitatem, & pacem publicam, optimè Durand. de mod. concil. general. 270 celebr. rubric. 71. & quia ipse Ecclesiasticæ personæ subditi Regum sunt ratione domicilii, ut probant Gregor. Lopez in l. 4. tit. 15. part. 4. gloss. magna, ad fin. Azeved. in d. l. 13. n. 5. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 62. ad med.

271 A quo sine dubio videtur, oitam fuisse practicam hodiernam qua utitur Consilium supremum Regium, præcipere clericis, Episcopis, Monachis, & aliis Ecclesiasticis personis apud Senatum comparere, ut adnotat Castell. à Bobad. in Polit. lib. 2. c. 18. n. 61. ubi etiam 272 late comprobatur, Episcopus potius teneri, obedire Principi supremo, quàm Archiepiscopo, cum sint ipsi consiliarii Regis, quoniam (ut diximus) in his, quæ tangunt Regem, regimen, & ordinem potestatis Regiæ, Regi obediendum est. Divus Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Soto de just. & jur. q. 4. art. 2. col. 2. in fin. cum seqq. Roder. Suar. in repetit. l. quoniam, in prior. limit. 2. l. regni, n. 14. ad fin. C. de inoffic. testam. Navar. in manual. c. 25. n. 9. Azeved. in l. 13. n. 6. tit. 4. recopil. Bobad. ubi proximè.

273 Quibus quidem fundamentalibus rationibus jure procedere videtur quotidianam praxim, ut si iudex Ecclesiasticus, adeo contumax sit, & rebellis, ut à vi illa nolit desistere, imò protervus, & inobediens monstratur Regi provisionibus, & mandatis, quibus medianibus ad violentiam elevandam, interponitur à Rege protectio nuda, & naturalis defensio cuius proprium officium est, ex quo pax publica turbatur, & læsa censetur auctoritas Regia & Regis subditi violentiam patiuntur: potest Rex illi jubere, ut à suis regnis, & ditionibus exeat, ipsumque in amissione originis, & temporalitatis condemnare, ejusque bona temporalia occupare in pœnam obedientiæ, ex juribus, & auctoritatibus, in speciem rem hanc tractantes Doctores fulcire conantur ex l. fin. ff. de off. procuratoris Cesaris, l. minime ff. de religio. & sumpt. funer. 2. si clericus, vers. si autem,

de pace tenenda in usibus feud. ubi Bald. & l. quicumque ubi eleganter Paul. de Castr. C. de Episcop. & cleric. l. 18. tit. 9. part. 1. 8. tit. 7. p. 3. part. & 2. tit. 5. l. 11. tit. 8. lib. 1. recopil. lib. 4. tit. 1. l. 13. tit. 3. lib. 4. recopil. Archid. in c. de form. 22. q. 5. pulch. è Paul. Castr. in l. addictos sup. plicio, n. 6. Cod. de Episcop. audien. Guillerm. Benedict. in c. Raynu. verbo & uxorem nomine Adelas. decis. 2. n. 155. ad fin. & n. 161. cum seqq. de restam. Chassan. in Catalog. glorie mund. 5. part. consil. 24. cas. 1338. fol. 117. Avend. in cap. 6. prator. n. 10. versiculo decimus casus, 2. p. Montalb. in repert. l. Reg. verb. arma, fol. 30. Avil. in c. prator. c. 3. gloss. verb. jurisd. n. 3. Covar. in pract. c. 3. n. 3. versic. adversus Gregor. Lopez in l. 13. tit. 1. 3. part. 2. verb. ninsuerca, in fin. & l. 57. gl. que se la dio, vers. an autem Princeps, tit. 6. p. 1. Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 38. n. 24. nostras Joan. Garcias in tract. de nobil. gl. 9. n. 31. & 32. in fin. & seqq. & fol. 926. versiculo, sexta conclusio, Segur. in direct. judic. 2. p. c. 13. n. 53. pulchre Salced. in pract. Bernard. Diaz, cap. 102. littera A. pag. 353. Barth. Humad. in choliis ad Gregor. Lopez, in l. 68. tit. 5. part. 1. gloss. 8. n. 7. Petr. Cæned. in collecta. ad decretum, cap. 37. n. 9. fol. 54. Azeved. in l. 13. nu. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. Mexia in praxim. taxa pan. concl. 5. n. 37. & idem super l. Tolet. 2. fund. 11. part. n. 47. fin. 108. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 10. n. 63. Gaspar. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. c. 17. n. 67. Octavia. in de is. Pedem. 30. num. fin. ad fin. Carol. de Grassal. lib. 2. regal. Franc. jur. 7. col. penult. idem Bobadill. in Politic. lib. 12. c. 18. à nu. 60. cum seqq. Corset. in tract. de potest. regal. 3. p. q. 34. n. 60. Boer. in tract. de seditio. cap. 1. colum. 1. Chassan. in consuetud. Burg. rub. 1. §. 5. gloss. si el, n. 81. & de hac nostræ Hispaniæ praxi testatur Marta de jurisd. 2. part. cap. 34. n. 42. licet ipse (ut asseverat) aliud censeat, Joan. Gutierrez. pract. quest. lib. 2. q. 20. late Sese tract. de inhibicio. cap. 8. §. 3. à n. 48. cum seqq. & idem Sese in cap. 9. c. 1. à n. 11. Olivian. in tract. de jur. fise. c. 11. n. 7. cum seqq. Hieron. Portol. in scholis ad Molinum, in §. appe. manifestationis, ex n. 10. Cæned. q. Canon. 45. n. 62. Cevall. post hæc) paucis tamen ex iis citatis) in cognitione per viam viol. gloss. 16. n. 10. qui quidem omnes, idem in aliis ditionibus, & regnis Christianæ Religionis praticari testantur, prout & ego jam semel vidi praticatum in 275 Regio Senatû Galliciæ, quibus adde novissimè Torreblanca tract. de magia l. 3. cap. 26. à n. 30. & supra.

In hoc enim modo exequendæ protectionis naturalis, non procedit Rex ex vi, & potentia jurisdictionis, contentiosæ, & jurisdictionis (quam in clericis exercere non potest sed ex virtute potestatis politicæ, & æconomicæ, prout Avend. Azeved. Carol. de Grassal. Guttier. Salced. Joseph. Sese, Oliva, & Cæned. post alios, locis proximè citatis, asserentes ex vi hujus æconomicæ & politicæ potestatis posse Principem supremum 277 clericos inobedientes vim notoriam inferentes vassallis suis, ac turbatores reipublicæ, pacis, & jurisdictionis à suis ditionibus expellere, & ut extraneos habere, illisque præcipere, ne ad sua regna accedant, juxta mirabilem text. in d. l. fin. de off. procurat. Cesaris.

Nam sicut ex vi hujus æconomicæ potestatis potest 278 pater; vel dominus quilibet privatus filium clericum, aut familiarem Ecclesiasticum sibi inobedientem, è domo sua expellere, & ejicere, ob ejus pacem, & quietem, ita ejus exemplo potest Rex temporalis ejicere à Regno suo, & Republica (cujus pater, caput, & tutor est, ut diximus & probavimus late supra, cap. 1.) clericum turbatores pacis, & inquitum, rebellem, & inobedientem justis iussibus regalibus, tanquam membrum putridum, & infectum; secundum illud D. Hieronymi in c. rescanda, & in c. ecce 14. quest. 3. Hoc exemplum, & similitudinem mirabiliter consideravit Carol. de Grassal. lib. 2. regal. Franc. jur. 16. eandem etiam faciunt Gregor. Lopez in l. 57. gloss. 2. in fin. tit. 6. part. 1. Azeved. in l. 4. nu. 12. tit. 1. lib. 4. recopil.

recopilat. Castell. à Bobadill. in polit. lib. 2. cap. 18. n. 62. ad medium.

279 Pro qua doctrina facit l. unica C. de emendario. propinquorum, ibi: In corrigendis minoribus per qualitatem delicti senioribus propinquis tribuimus facultatem, ut quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant, saltim correctionis medicina compellat, & iterum ibi: Nec tamen nos in puniendis vitis potestatem in immensum extendi volumus, sed jure patrio auctoritas corrigat erratam, & privata animadversione compescat, &c.

280 Et quamvis insignis Martinus Navarr. in manual. cap. 27. n. 67. putavit, ex c. 10. "Bulle Cœna Domini" definitum esse, non licere sæcularibus iudicibus, Episcopis comparantibus, suis iussibus præcipere, ut à regnis exeat sub censuram incursum, quod secus esse (dicit) si jubeant eos à curia Regis exire, vel alio loco, qui non sit eorum diocesis, quia tunc non ligentur dictis censuris.

281 Nihilominus (salva semper correctione, & auctoritate sanctæ Matris Ecclesiæ, cujus limæ, censura, cuncta mea scripta submitto, quæ millies revocabo, si semel aliud censeat, quia id ipsum pariter ego censeo) respondendum est, prout respondent Salced. in additio. ad prax. Bernard. Diaz, in pract. crimin. Canon. cap. 192. littera A. post princ. quem etiam sequitur Bobadill. in Polit. l. 2. cap. 18. n. 62. littera A. ad fin. nostras Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. cap. 17. numero 73. ad medium, Joseph. Sese in tractatu de inhibicio. c. 3. §. sub n. 100. & sequentibus, idem etiam tenet Cæned. in quest. Canon. 45. n. 61. Bartholom. Humad. in l. 65. tit. 5. part. 1. gloss. numero 3. dicentes: dictam bullam nihil potestati Regiæ detrudere, aut derogare, sed tantum procedere, quando Prælati injuste, & sine legitima causa expelluntur; secus tamen quando jure permitte, prout quando occurrit vii oppressis, quod facere Princeps tenetur ex debito officii, cujus proprium est, illos protegere per modum naturalis defensionis, & extrajudicialis cognitionis æconomicæ, ac politicæ

283 potestatis, ut declarat idem Navarr. n. 69. vers. 3. quod & indicat illud verbum (ejicientes) ejusdem Bullæ, quod debet intelligi de electione violenta, & injusta, seu tyrannica, sicut à principio ejusdem capituli sentit Romanus Pontifex, dum loquitur contra percurientes

284 verberantes, & hostiliter insequentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchas, &c. & protinus continuativè subjungit (aut eos dejicientes, &c.) nam certum est, quod una pars alternativè alteram declarat, l. 1. ff. de rebus dubiis, prout pulchre in terminis consideravit Sese ubi proximè, n. 103. pro quo expendo text. (qui simili stylo utitur, & sic communiter intelligitur, & interpretatur per scribentes in dem. 1. de pœnis, ibi: Injuriosè, vel temerè percusserit, aut ejecerit, seu banxiverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta, &c.) quibus adde quæ supra diximus cap. preced. post. 5. prælud. ad responsum secundum, & tertium argumentum.

285 Hic enim defensionis modus, quo utuntur suprema tribunalia, continetur sub limitibus protectionis naturalis, & nude defensionis, text. optimus in cap. ut fama ibi: Dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, quàm defensio, vel rebellio exigit clericorum, & de sentent. excommuni. cap. olim. de rest. spol. c. significasti, de homicidio, l. 1. C. unde vi, quia tunc servari moderamen

286 inculpatæ tutelæ dicitur, quando id fit, quo omisso repelli vis non potest, prout late ad princ. hujus cap. diximus. Et quo enim iudici Ecclesiastico nimia suavitate, & amore prima & secunda monito per Principem missa est, ut à violentia notoria patente ex actis desistat, deferendo & reponendo, ac absolutionem excommunicatis præstando, si adhuc rebellis est, & inobediens, quo modo magis politico, minisque libertati Ecclesiasticæ præjudiciali poterit Princeps temporalis uti, ad Salgado de protect. Reg.

tollendam violentiam, & ut ab illa desistat compellendum, ut queat oppresso cum effectu occurrere; cum illum nolit, nec possit per corporalem compulsionem, putà, carcerem cuius persona exempta est, dirigere, & sic ut tadio affectus à protervia desistat; occupantur temporalia, quæ sub sunt Regi, nulli siquidem imputantur, ut faciat aliquid, si aliter se defendere, & repellere injuriam non potest; juxta text. in l. sciendum, §. quo cum aliter, ff. ad l. Aquil.

Si enim Principibus supremis omni jure naturali, di-289 vino, Canonico, & consuetudine immemoriali competit protectio vi oppressorum, ac violentiarum propulatio, tam inter clericos tanquam eorum subditos quoad protectionem & membra, ac cives Reipublicæ, temporalis, quàm inter laicos (in quo nemo dubitare potest, ut latius supra cap. 1. à princ. probavimus) multo magis sibi intelligantur permilla omnia ea, quæ necessaria sunt ad ipsam violentiam effectivè repellendam intra limites ejusdem naturalis defensionis, quia cui conceditur finis, concessa censetur ea, per quæ devenitur 290 ad finem, & cui conceditur antecedens, conceditur etiam consequens, l. 1. §. 1. ff. si usufruct. petat. l. 3. §. qui habet, & ibi præsertim Paulus Castrenf. ff. de servitu. rusti. prædio l. refectiois gratia, & ibi gloss. ff. communia prædio. l. 2. & ibi Cynus & alii, ff. de jurisdic. omni judi. l. 2. §. inspectio. ff. quemadmod. testam. aper. l. ad rem mobilem ff. de procurator. l. ad legatum, eodem cap. quoniam; de sentent. excommunic. lib. 6. §. idem juris, insti. qui & in quibus caus. manumir. non posse. cap. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio l. 3. §. non perpetuo. ff. de sepulchro viola. late Everard. in loco de concess. antecedent. ad concessionem consequentis. num. 10. & per totum, Ripa in l. si constante, numero 76. ff. solut. matrim. Crot. in repert. l. omnis populi, n. 179. in fin. conclus. ff. de just. & jur. Aymont. Craver. de antiq. tempor. 4. part. in princ. à n. 67. cum seqq. idem Crot. consil. 135. n. 36. lib. 1. ubi quod concessio extenditur 291 ad ea, quæ consecutivè veniunt ad dispositionem. Villagut. in tract. de extensione, l. rubrica, de exten. leg. correct. n. 17. fallont. 9. Prosper. Farinac. fragment. crimin. n. 1. par. num. 228. fol. 170. quæ jura, & Doctores plures decidunt in proposito casus particulares, inter quos quod 292 concessa jurisdictione, videntur omnia concessa, sine quibus jurisdictione exerceri non potest, Cephal. consilio 406. numero 20. volum. 3. Morl. in emp. jur. 1. part. tit. 2. de legibus, num. 28. versiculo quia cum regnum, ubi dicit, quod cui conceditur regnum, necessarii omnia 293 censentur concessa, sine quibus regnum gubernari non potest, Suarez de immunit. Eccles. & defens. fidei Cathol. ad vers. error. Anglia, lib. 3. cap. 2. num. 2. in fin. ubi dicit quod non solum Christus verus Deus, cujus opera perfecta sunt, sed etiam quilibet prudens gubernator, quia vices suas alicui commisit, vel suam potestatem delegat consequenter dat potestatem ad omnia quæ ad finem talis commissionis necessaria sunt, ut prudens ratio naturalis, & jura civilia, & Canonica disponunt.

Cui enim conceditur principale, censetur etiam con-294 cessum id, quod venit ex natura actus, de quo dispositio loquitur, late Aymon. de antiq. tempor. 4. p. in princ. numero 80. Farinac. ubi proximè; numero 233. & cui con-295 ceditur principale, intelligitur concedi id, quod consequitivè, & accessoriè venit ad illud principale, cap. prudentiam, §. si verò, & ibi communiter Doctores de officio deleg. Alberti in l. cum principalis, ff. de regul. jur. B. Bald. Ill. & Rochus de Curte, quos referens ad idem sequitur Aymon. de antiq. tempo. 4. part. in princ. n. 67. cum sequentibus, & 121. Everard. in loco à concess. anteced. ad concess. consequent. n. 2. l. final. Cod. de frum. verbis Constant. & ibi Bart. & Platea lib. 11. plures citat Villagut. in tractatu de exten. eg. correct. & pœnal. simul. à n. 266. cum sequentibus.

Igitur dicendum erit, quod cum Principi sit con-296 cessa



cessa facultas, omni jure, præcipue naturali, liberandi vi oppressos, & tollendi violentias extrajudicialiter, debet illi concedi, & permitti omne quod ad illius expositionem, executionem & perfectionem est necessaria intra limites protectionis naturalis, & juxta naturam principalis concessionis, cui includitur ex prædictis, quia aliàs supervacanea, & frustratoria esset, & de vento serviret cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ cognitio si debitum non haberet exitum, & necessario careret effectu; nam, ut inquit Philosoph. qui dat formam, dat ea quæ consequuntur ad ipsam, maxime ut quia pulchre inquit Suarez lib. 3. de primatu Summi Pontif. cap. 1. num. 4. in fin. quod humana natura non potest esse destituta remediis ad sui conservationem necessariis, & cum prædictus modus executionis decretum, & violentiæ tollendæ sit ultimum remedium; magis contentum intra limites naturalis, & extrajudicialis defensionis, quod pro suo objecto, & sine habet defensionem vi oppressorum provenientem ex visceribus juris naturalis; debet haberi probo, quia ex bono fine bona præordinatio præsumitur l. si quis, C. 299 de adult. Felin. in c. 1. c. 14. de præsumptis. Ruin. conf. 1. cum seqq. volum. 5. Nell. tractatu de bannit. 2. part. 2. c. 1. quæst. 1. 3. Ill. conf. 20. col. fin. & confil. 86. colum. 1. volum. 3. Alexand. confil. 111. volum. 1. Cravet. conf. 4. n. 15. Mar. Anton. Marcerat. varia. resolut. lib. 3. resolut. 19. num. 11. & 12. qui adducunt bona exemplaria: itaque necessario fatendum est ad consequendum illum finem, exercitium dictæ cognitionis permissæ inter clericos, ut Princeps possit exercere omne necessarium, sine quo regalis protectio & vi oppressorum defensio redderetur inutilis, & frustratoria.

300 Unum tamen tolerare non possunt quod Cevallos (quem post hæc scripta vidi) in tractatu de cogni. per viam viol. gl. 18. sub n. 148. versiculo nec obstat decimum argum. ubi excedendo limites Bullæ in Cæna Domini: dixit, quod in hac cognitione nullus actus jurisdictionis exercetur, sed merus actus defensionis, & licet (inquit ille) esset necessarius actus jurisdictionis possent Senatores Regii illos exercere, si aliter articulus violentiæ non possit experiri: horribile verbum, quod absit à nobis & penitus delendum, qui quidem evidenter convincitur.

301 Etenim defensio, & protectio regalis in nullo alio consistit, quam in delatione, & repositione attentati, quia in iis etiam consistit violentia, quæ quidem omnino sunt necessaria immediatè ad tollendam illam vim illatam, ut constat ex nostra l. Regia, vel etiam quando conditionaliter apponitur aliquid ad faciendum per eundem judicem, per quod violentia tollitur, vel in decreto conditionali, de quo supra, (quod tertium genus vocamus) & tamen, cum id pertineat judici Ecclesiastico, non se in illud intromittit Princeps, imò ad illud reponendum eidem judici Ecclesiastico remittit, ne videatur jurisdictionem Ecclesiasticam usurpare, ut probat nostra l. Regia, & hætenus latè diximus, & communiter practicamus, ergo Princeps secularis uti non poterit jurisdictione in clericos, etiam si de necessitate finis, sit necessaria ad tollendam violentiam.

302 Quod & in tantum procedit, nam etiam si violentia non remaneat sublata, sed imò subsistat, tolli non potest directò, per ipsum Principem facta, scilicet, per eum revocatione, & delatione appellationis, quod evidenter probo. Etenim si judex Ecclesiasticus ad eò protervus sit, & inobediens Regiæ provisioni, ut nec à violentia desistere velit, nec reponere, & deferre, licet Princeps supremum temporalis vindicet ejus inobedientiam, judicem expellendo à suis ditionibus (ut hætenus vidimus) tamen quamvis judex Ecclesiasticus nolit tollere violentiam, ipse Princeps ad illam tollendam, deferendo, & reponendo, non se intromittit, ut hætenus evidenter vidimus; quia nolit, nec potest Ecclesiasticam

potestatem usurpare, etiam si violentia non tollatur, ergo licet ad tollendam violentiam sit necessaria jurisdictionis, ea inter clericos ut non poterit Princeps temporalis.

Deinde quia si doctrina Ceval. (quod absit) vera fuisset, omnia, quæ à Doctoribus dicta sunt in expositionem Bullæ in Cæna Domini, Concilii Tridentini, & Rotæ decisionum, de quibus amplissimè supra, cap. 1. in responsione ad 1. 2. & 3. argum. sub versa, & falla forent; si quidem Doctores omnes respondent, procedere in hac extrajudiciali cognitione; & absque jurisdictione, habere tamen locum, quando in ea excederetur modus, utendo, & procedendo jurisdictionaliter, de quo, & nos etiam copiosè supra hoc cap. a princ. ergo fatendum est, ut si articulus violentiæ jurisdictione indigeat, ad ejus expeditionem, & rectum finem, ea uti non possit, nec nollet Princeps, maxime quia illi permixta est cognitio rei: quæ nec ex forma, nec ex subjecta materia jurisdictionem appetit, nec eget, & ita tenendum.

Quæ autem in hoc casu dicantur temporalitates clericorum, ut eorum proterviam, & inobedientiam possint occupari, an mobilia, & utensilia domus, an fructus præbendarum comprehendantur, & de aliis vide Guillelm. Benedict. in cap. Raynut. verb. & uxorem nomine Adela. a n. 332. cum pluribus seqq. Flores de Men. variar. quæst. lib. 1. quæst. 8. §. 1. n. 2. 5. Azved. in l. 1. per tot. tit. 5. lib. 1. recopilat. Joseph. Sese tract. de inbib. c. 9. §. 1. num. 22.

In his tamen executione procedunt, caveant, ne in censuram Bullæ labantur, quod facillè facere possunt, quia quantum materia hæc periculum contineat, nemo ignoret, in illum errore ne incidant, excedendo legitimos, ac permisos nudæ defensionis modos, cuncta tractantes cum moderamine inculpatæ tutelæ, attento animo, nimia præmeditatione, ac modestissima consideratione, quantum gravitas, & periculum rei exigit, prout etiam prudenter advertit Sese de inbibitio. c. 8. §. 3. num. 104. & Bobadil. in Polit. lib. 2. c. 18. n. 69.

§. I.

Per delationem, atque repositionem, an, & quemadmodum Regiæ provisioni judicem Ecclesiasticum satisfecisse dicetur, & quid si semel repositum revocaverit.

SUMMARIUM.

- 1 Reponere tenetur judex Ecclesiasticus virtute decreti Senatus inserti in provisione Regiæ, omnia attentata post appellationem & intra terminum ad appellandum, & omnia compellere ad unguem.
- 2 Reponere se, & deferre si respondeat judex provisioni Regiæ; an dicatur satisfecisse.
- 3 Reponere verbaliter, cum actus revocatione sufficiat, si attentum sit verbale.
- 4 Repositio cum effectu requiritur, quando attentatum consistit in facto, quia non sufficiat tunc verbalis.
- 5 Verba provisionis Regiæ debent intelligi cum effectu respectu provisionis.
- 6 Sententia judicis, & verbalis jussio non tollit, nec tradit possessionem, sed actualis executio requiritur.
- 7 Possessio, quæ consistit in facto, non transfertur ex sententia actualiter non executâ, cum non transeat dominium consistens in jure.
- 8 Facto ubi opus est, verba non sufficiunt.

9 Factum

- 9 Factum ubi lex requirit, & actuale redditionem, non statim assertio.
- 10 Verbo (demissione) debent intelligi cum effectu.
- 11 Reponere cum effectu, si judex recuset, datur oppresso sobre carta, ut adimpleat provisionem cum effectu.
- 12 Casus de facto mirabilis refertur.
- 13 Reponat si judex in parte, partim vero non, an provisioni Regiæ satisfecisse dicatur.
- 14 Factum non dicitur, ubi aliquid remanet faciendum.
- 15 Repositum non dicitur attentatum, si propositio non fiat in pristinum statumque ad unum nummum.
- 16 Repositum semel cum effectu vigore provisionis Regiæ, si iterum judex revocet an nova appellatio & novus recursus sit necessarius, an verè sufficiat secunda jussio.
- 17 Repositionem si incontinenti revocet judex ipse, secunda jussio sufficiat, hoc est, sobre carta.
- 18 Factum non dicitur, quod non durat factum.
- 19 Executione semel facta si res iterum auferatur, potest idè executor ejusdem sententia virtute rem restituere.
- 20 Defensio non sufficit si defensio non durat.
- 21 Repositionis revocatio si proveniat à novo articulo incidenti in discussum litis, secunda jussio denegatur in Senatu, quia nova appellatio, & recursus opus est.
- 22 Reponere an debeat indistinctè judex Ecclesiasticus vigore Regiæ provisionis omnia à se gesta post appellationem, etiam quæ aliàs sibi licebat facere ea pendente, & deferente.
- 23 Cognitio per viam violentia fuit inducta, ne judex Ecclesiasticus aliquem violenter vexet contra jus.
- 24 Princeps in tollenda vi juris est minister, & sic non potest judicem adstringere, ut reponat, quod secundum jus fecit.
- 25 Recursus ad Regem limitatus est ad solam violentiæ, quam adesse est impossibile, ubi jure proceditur.
- 26 Recursus Regis non potest plus operari, quam inhibitio Canonica è superiori emanata.
- 27 Recursus ad Regem nunquam causat attentatum.
- 28 Recursus Regis dirigitur ad juramentum jurisdictionis superioris, ut nihil in ejus præjudicium intèrim contra jus fiat.
- 29 Inhibitio Canonica non inficit, nec impedit, quæ jure mittente, judex inferior facere potest appellatione pendente.
- 30 Inhibitio operatur in his que sunt contra jus, & appellationem.
- 31 Judex inferior quæ gerere potest appellatione pendente remissive.
- 32 Provisio Regiæ, si sub repositione comprehenderet licitè gesta per judicem Ecclesiasticum, vinculum iniquitatis, præsidium innocentie diceretur.
- 33 Verba quantumcumque præcisa recipiunt interpretationem de jure.
- 34 Et ad terminos sua potestatis restringuntur.
- 35 Verba generalia restringuntur, ut absurdum evitetur.
- 36 Verba sententia impropriantur, ut ad juris intellectum, & reducuntur.
- 37 Principis voluntas talis præsumitur, qualis scripta naturalis rationis.
- 38 Verba provisionis Regiæ debent recipere interpretationem de jure, ne limites protectionis naturalis, & sua potestatis excedant.
- 39 Verbum respiciens plura determinabilia, ea determinat, prout uniuscujusque natura convenit.
- 40 Determinatio una respiciens plura determinabilia pariformiter tunc determinat, si in omnibus eadem sit ratio determinandi.
- 41 Provisione Regiæ intimata, an judex Ecclesiasticus possit taxare expensas contentas in sententia, à qua est appellatum.
- 42 Jussio secunda dicta sobre carta, deneganda erit in iis, quæ judex poterat appellatione pendente licite facere.

Salgado de protect. Reg.

43 Reponere tenetur etiam judex, vigore Regiæ provisionis censuras, & absolvere, quod non repugnat dispositioni Concilii Tridentini.

44 Absolutio quando data dicatur cum effectu, & an per procuratorem, aut litera sufficiat, & an censura aliter quam per absolutionem tolli possint.

45 Absolutio ad reincidentiam ad tempus potest dari.

46 Absolutus ad reincidentiam virtute provisionis, de ruego; per sexaginta dies, si intra illos decretum violentie detur, an illis transactis absolutione egeat.

47 Absolutus ad reincidentiam per sexaginta dies si violentiam adesse ob non delatam appellationem declaratur intra illud tempus, nova absolutione indiget.

48 Superior etiam si revocet gesta ab inferiori, vel ipse excommunicatum absolvit, vel re mittit inferiori absolutionem.

49 Absolutus per sexaginta dies virtute querela laicorum, an si vim fieri intra illos sit decretum, termino transacto indigeat nova absolutione.

50 Absolutus per tempus ad reincidentiam, si intra illud solvere non potuit, an eo transacto incidat in censuras.

51 Provisioni Regiæ quoties judex non satisfecerit cum effectu, integrè reponendo semper in Senatu, secunda jussio, hoc est sobre carta, conceditur.

52 Cognitio violentia, & protectio naturalis tantum durat quantum ipsa violentia.

SI autem judex Ecclesiasticus (prout protinus tenetur) regis provisionibus obtemperat, sciat omnia, prout in decreto dictæ provisionis scripta sunt, complere tenetur, scilicet, deferre, & reponere omnia attentata, & gesta post appellationem emissam, vel intra terminum, quo potuit interponi, juxta c. non solum, de appell. l. 6. cum concord. absolvendoque excommunicatos, censuras, ac interdicta levare, de quibus in hoc §. 1. videndum erit.

Et in primis unum valde utile animadvertam, an judex Ecclesiasticus, qui statim provisioni Regiæ sibi intimata respndet, seu etiam postmodum per suam interloquutoriam, quod refert appellationi, atque omnia gesta post eam, &c. prout in provisione jubetur, reponis, satisfecisse, dicatur provisioni præfatæ, prout affirmativè videtur evidenter.

Sed adverte, quod multi ignari litigantes, & advocati in hoc in dies decipiuntur, quare in hoc distinguendum est, nam ut attentatum est verbale; putà, quia post appellationem legitimam processit ad aliquem actum judicalem, assignando terminum, admittendo scripturas, vel probationem causæ principalis, testes, aut eorum repullas, aut aliquam sententiam interloquutoriam, vel diffinitivam proferendo, aut alia similia, tunc verbalis repositio sufficiat, & eorum revocatio; qui nihil tam naturale est, quam eodem modo quodque dissolvi, quo colligatum est; aut attentatum non consistit solum in verbis, sed etiam in acto, putà, quia ad executionem de facto processit, tradendo possessionem beneficii, aut alterius rei actualiter alicui, sive vacuum, sive ab altero occupatam, quem violenter spoliavit, ut alteri traderet in executionem suæ sententiæ; & tunc non sufficit verbalis repositio; sed omnino debet fieri cum effectu: hic est text. mirabilis in cap. si à judice 10. ibi & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, de appella. c. 1. de eo qui mittitur in poss. caus. rei ser. cap. ad Apostolica, versiculo eratque parata, de sentent. & rejudi. lib. 6. unde, dicit gloss. mirabilis in d. cap. si à judice, verb. cum effectu, quod si gravamen fuit verbale, revocatio sufficit verbalis, ubi ad hoc allegat ibi Archid. & Joan. Andr. quare judex debet ad actuale suæ interloquutionis executionem procedere quia verba ejus, & provisiones Regiæ debent intelligi præcisè, & cum effectu, l. 1. §. hac autè verba, ff. quod quisque jur. l. si per alios, §. de

G 2 cere